BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 284
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

quę in mente habuerunt quamuis in parabolis dicta quasi iam olim meditata cognoscere parati. Negabat: ergo iudaeis iustum fore scientiam diuine legis quam ipsi spernebant adgentes transferri quid saluator respondeat intuere.

Illeuit aspiciens eos ait. Quid est ergo hoc quod scriptum est. Lapidem quem reprobauerunt aedificantes hic factus est in caput anguli.

Quomodo inquit implebitur haec pphcia quae lapidem ab aedificantib: reprobatum in caput angulj dicit eē. ponendum: Nisi quia xpūs a uobis reprobatus & occisus creditur is. ē. gentib: praedicantib: ut quasi lapidis angularis duos condens in semet ipsum ex utroq: populo unam sibi fidelium ciuitatem. unum templum aedificet eosdem enim sinagogae magistros quos supra colonos dixerat. Nunc aedificantes appellat quia quisq: sub dictam sibi plebem adferendos uitae fructus quasi uineā excolere ipsi hanc dō inhabitare dignam quasi domum construere & ornare iubēantur. Unde & apostolus fidelib: scribens ait. Di agricultura di edificatio estis. sed qui uineae dī fructum negare quasi agricolę mali idem quasi mali comentarij domus dī lapidē pretiosum electum. qui uel in fundamento uel in angulo ponendus erat subtrahere hoc ē. fidem xpī auditorib: suis conabantur eripere. sed illis lucē & nolentibus: id. ē. lapis caput anguli firmatur. Quia de utroq: populo quotquot ipse uoluit sua fide coniunxit.

Omnis qui cadet super illum lapidem. Conquassabitur. super quē autē ceciderit. Comminuet illum.

Aliud. ē. offendere xpm p malu opere. aliud negare p impietatem. qui peccator ē. & tamen illi credit. cadit quidem sup lapidem & conquassatur. sed non omnino comminutur. Reseruatur enim p patientiā ad salutem. Super quem uero ille ceciderit. hoc. ē. cū lapis ipse inruerit. & qui xpm penitus negarit comminuet eum. ut nec esta quidem remaneat inquit auriatur a quae pusillum. Siue de his dicit quod cadunt qui illum modo contemnunt. ut iniuris afficiunt. Ideo nondum penitus intereunt. sed tamen conquassantur ut non recta ambulant. Super quos autē cadit ueniet illis de sup in iudicio cum poena p ultionis ideo dicit. Comminuet eos ut sint impii quem piecit uentus a facie terrae.

Et quaerebant principes sacerdotum & scribae mittere in illū manus in illa hora & timuerunt populum. Cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem istam.

Principes sacerdotum & scribae quasi mentientem contra se dnm querebant iniicere. Sed hoc idē querendo dicebat. uera ē. quae dicebat. Ipse quippe